

A usque septies, sed usque septuagesies septies. In qua verba scribens S. Hieronymus, ait: Non usque septies, sed usque septuagesies septies: id est, quadringentis & nonaginta vicibus, ut toties peccati fratri dimitteret in die, quoties ipse peccare non posset. Hier. sup. Matth. lib. 3.

Si peccaverit in nos frater noster, & in qualibet causa nos laeserit, dimittendi habemus potestatem: imò necessitatem. Dominus precepit, ut debitoribus nostris debita dimittamus. Si autem in Deum quis peccaverit, non est nostri arbitrii, ut dicit Scriptura. Si autem peccavit homo in hominem, rogabit pro eo sacerdos: si autem peccaverit in Deum, quis rogabit pro eo? & nos est contratio in Dei injuria benigni sumus, & noctis contumelias odia exerceamus. Idem in 24.

¶ Quere Tit. de Condonatione. Item Locum de Injuriis, infra, ubi hoc Argumentum fuisse tractatur.

INDULGENTIA.

Ve importat amorem nimium, molliciem, & teneritudinem erga aliquem. Puta Parentum erga liberos.

¶ Vide superiori Titulo. Consule etiam Titulum de Parentibus.

B Item in loco de Amore, Tit. Amor nimius erga varios homines, multa hinc loca orientia traduntur, & quibus presens locus apte poterit illustrari.

INDULGENTIA.

Ve remissionem sonat peccati remissio debite.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Indulgentia remissionem indicat, quandoque etiam facilitatem, sive condescensionem, quomodo intelligitur illud Poetae, Blanda Patrum segnes facit indulgentia nequos. & de hac acceptione agitur paulo ante. Nunc de prioribus tractabimus, quamvis etiam suo modo posterior concurrat. Quia enim post remissionem culpam remanent plerumque temporales poenae luendae, earum remissiones, quas Romani Pontifices ex lenitate paterna, certis temporibus & causis elargiri solent, Indulgentias dicunt Catholici. Quarum fundamentum est, spiritualis thesaurus satisfactionum Christi, & Sanctorum, quae applicari possunt a Principe Pastore iis, qui alicujus poenae post culpam in Sacramento remissionem rei exiunt.

Definitur autem Indulgentia, absolutio judicaria poenae Deo debite, annexam habens solutionem ex thesauro Ecclesiae. Ita Card. Bell. lib. 1. de Indulg. cap. 5.

INSTITUTIO.

CHRISTUS Dominus designans Petrum Ecclesiae suae Pastorem & custodem, cui & oves suas commisit, & claves regni caelorum credidit, eidem etiam promittit, Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Quae promissio amplissima, omnia vincula complectitur, quae a consecutione salutis aeternae hominem possent impedire. Unde sicut Petro dabatur hic potestas, uti iudici supremo, peccatores a culpis absolvendi, applicando illis Baptismi vel Poenitentiae Sacramentum: ita etiam communicata fuit facultas eisdem absolvendi a poenis extra Sacramentum, applicando eidem Christi & Sanctorum passionibus. Matth. cap. 10.

Supereffe autem poenam luendam remissa culpa, Quere in Tit. de Satisfactione.

Huc spectant alia Domini verba Apostolis dicta: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelis: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta, &c. Praemittit Ecclesiam audiendam: mox tantam illius dicit fore facultatem, ut quae cumque illi solverint, apud Deum sint pro solutis habenda. Cur non ergo etiam intelligatur de hac solutione reatus poenae temporales? Matth. cap. 18.

EXEMPLA. DE USU.

Ipso Apostolorum tempore D. Paulum hac potestate usum comitat. Rogaverant eum Corinthii, ut fornicarium in excommunicationem, qui ligatus erat vinculo excommunicationis, & Satanae traditus, ut colligitur ex c. 5. epist. 1. absolveret, sique condonaret omnem poenam peccato illius ordinem. Quorum zelum intutus Paulus, annuit, & iussit, ut ipsi suo nomine indulgerent, hoc est, velut promulgarent suam erga eum adfectionem, & indulgentiam concessam, idque propter ipsos, hoc est ipsorum utilitatem, ne nimia severitas locum faceret diabolo, & quia incelsosus ille vehementem de peccato suo conceperat dolorem. En hic auctoritas in concedente, pietas in causa, & status gratiae in suscipiente. Verba Apostoli sunt: Cui autem aliqua donaveritis, pro Titulo gratiam & remissionem fieri voluisti? Et ego, scilicet dono. Nam & ego quod donavi, [accipiendo Hebraeorum more pro Indicativo,] Dono.] donabat autem absolutionem a censura, & indulgentiam a poena incelsi debita; si

quid donavi, propter vos, in persona Christi, hoc est, auctoritate & vice Christi, cuius personam geris, condono. Epist. 2. Corinth. cap. 2.

Post tempora Apostolorum usque ad nostram aetatem, hac facultate, & erga subditos facilitate, Rom. Pontifices & Episcopi semper usos, nemo abique remittente negaverit. Nisi forte, quod non tam frequentes Indulgentiae concederentur olim, quam facilius posterioribus, concessas tamen luculentis testimonio probatur.

Tempore persecutionis, lapsi Fideles ad Ecclesiam redeuntes, & exomologem facientes, Indulgentiam pro juncto, vel injungendo poenitentiae tempore, quo extra communionem in afflictione agere debebant, instanter deprecabantur; & quo eam assequerentur facilius, literas Martyrum, hoc est eorum qui fidei causa in carcere detinebantur, ad Episcopos deprecabant, quibus iisdem commendabantur; ac ita eas promereri apud illos studebant. Fateatur id Terrull. l. ad Mart. cap. 1. Quam pacem (ita appellat Indulgentiam, quod conscientiam tranquillam, & pacem cum Deo integrè praestet) quidam in Ecclesia non habentes, a Martyribus in carcere exorare conlocuerunt, ut velut per libellos supplices Episcopos exhibitis faciam impetrare laborarent. Terrull. supra.

D. Cyprianus Epist. 11. in edit. Pamelian. ipsi fidei delibere carcere detentis scribens, monet eos, ne in petenda hac gratia nimium sint liberales, & inditcreti, ac indulgentiam eam petant, primumquam sufficientia doloris signa ei exhibuissent. Ideoque vult, eos tempus magis opportunum expectare. Imò negandum est, non idè tantum poenitentibus ad martyrum confugisse praesidia, ut velut commendatarios ab illis ad Episcopos conlocuerentur; sed insuper, imò vel maxime, quod ipsorum merita sibi communicari certo scirent. Ita colligitur ex Terrull. lib. ad Mart. quamvis idem, ubi in haesim prolabi cepit, illud negare voluerit, nempè in d. Pudicit. c. 22.

Concilium Nicenum I. can. 11. & 12. statuit, ut qui serio poenitentiam agunt, possint ab Episcopo obtinere indulgentiam: negligentiores vero jubet, ut definitum tempus exire debeant. Quod nihil est aliud, quam illis praestare, his negare indulgentiam.

Eadem decrevit Concil. Ancyran. can. 5. Laodice. can. 1. Anno MC. XVI. in Concilio Lateranensi generali Paschalis II. concessit Indulgentias XL. dierum illis, qui ad Concilium advenerant. Abb. V. s. p. 2. qui tunc vixit, in Chron. anni ejusd.

Sed & an. M. CCXIII. Innocentius III. dedit Indulgentiam pro auxilio terrae sanctae: & Concilium numerosissimum indixit Lateranis, quod an. m. cc. xv. celebratum fuit. In eoque actum de Indulgentiis, earumque abusu qui temporis decursu irreperant, sublata fuerunt. Quod etiam factum in Conciliis, Lugdunensi, Constantiensi, & Trid. eorundem Decretis & Canonibus convincitur.

Neque solum in Conciliis, sed extra illa, & ob certas causas frequenter concessas à Romanis Pontificibus Indulgentias, docent historiae; è quibus paucae & selectiores delibabimus.

CAUSA.

Indulgentia quam ob causam, & quibus concessa: Stationes urbis frequentantibus.

GREGORIUS Magnus, ut habetur l. 7. Epist. ad Necessedum Vifigothorum Regem, misit parvulam clavem, quae D. Petri Apostoli corpus tetigerat, & habebat parum ferri de catenis Petri, ut quod collum illius, inquit, ad martyrium ligaverat, vestrum ab omnibus peccatis solvat. Quod non vident aliter posse intelligi, ajunt Doctores scholastici, quam de plenaria Indulgentia, quam una cum clave illa benedicta misit Gregorius. Eundem quoque Gregorium, qui praesuit ante annos mille, Stationes Romanas additis Indulgentiis instituisse, referunt D. Thomas & alii in 4. dist. 20. vel certè eas in ordinem redegit, cum jam ante eadem instituta, ut confirmat Osnephrus Panvinus in Tract. suo de Stationibus, l. 7. Epist. 229.

Locis sacris.

S. LEO Papa III. anno Dom. 803. cum magna solemnitate suorum Cardinalium, Archiepiscoporum, & Praetorum, ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniens, & ab eodem Imperatore imperatorem cum livo susceptus, inter multa pietatis suae opera, infantia ejusdem Sereasilii Imperatoris, & Regis, Aquilgrani in palatio dedicavit Ecclesiam perpetuae V. Mariae, donans eandem Ecclesiam multis Indulgentiis. Et infra:

A fra: & Coloniae Agrippinae, tam ad sanctum Martinum, quam in Capitulo, altaria consecravit, & multa alta monasteria, & altaria, & capellas per Alemanniam, & Galliam, consecravit, ubique multas Indulgentias conferendo. Et infra: Obtulit idem sanctus Papa eidem Ecclesiae speciales Indulgentias cuncti fidelibus celebrantibus festum sancti Swithberti Episcopi, & ad divina confluentibus. S. Ludgerus in Epist. de S. Swithberto, apud Surium tom. 2.

SERGIVS junior Pontifex, qui sedit circa annum Domini 844. concessit indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarium visitantibus Ecclesiam sancti Martini in montibus in die festis ejusdem Ecclesiae, ut constat ex memoria ejus rei, quae extat in marmore inciso literis antiquissimis in eadem Ecclesia: ut nulla fingi possit suspicio fraudis. Catechis. Daurontii ex Bellarmino lib. 1. de Indulg. c. 3.

Militibus contra infideles omnibus.

URBANUS II. Pontifex Romanus cepit sedere anno millesimo octogesimo octavo. Is in Concilio Claramontano plenariam concessit indulgentiam omnibus Crucem signatis, qui sponte adversus infideles orientales arma sumebant ad recuperandam Terram sanctam, Eugenius III. quoque, qui Pontificatum gessit anno 1145. per literas generales concessit eandem Crucem accipientibus, & proficiscentibus ad bellum istud sacrum Hierosolymitanum, indulgentias plenarias, injunxitque S. Bernardo, ut eas praedicaret populo, coque ad bellum illud accenderet. Paruit S. Bernardus Pontifici, & praedicationem suam innumerabilibus, & maximis miraculis confirmavit, ut ipsemet indicat initio lib. 2. de Consideratione, & copiosius l. 3. cap. 4. de vita ejus.

Ad bellum sacrum se offerentibus.

De Indulgentia, quae crucem suscipientibus praedicatur, nullum fidelium dubitare permittitur, quin integraliter verè poenitentes & confessi Indulgentiam recipiant omnium peccatorum, & in ea desiderii voluntate, qua pro fide, si se obtulerit locus, mori gestiunt, totaliter à poena simul absolvantur & culpa. Certa ergo nihil fides de his omnibus est, & nihil habitio de hoc, quod summi Pontifex nos per Legatos auctoritatis suae mandaverit faciendum. Thom. Cantprat. lib. 2. Apam. cap. 3. 10.

Pro Feslo SS. Sacramenti.

Romanus Pontifex Urbanus IV. qui ante annos CCC. XL. pie statuit institutionem festi Sacramenti memoriam prima quinta feria post octavam Pentecostae à cunctis fidelibus celebrari, ut illa feria, & per octavas sequentes, ejusdem salutis institutio honorificentius agatur memoria, & solemnitas de hoc celebrior habeatur; loco distributionum materialium, quae in Ecclesiis Cathedralibus largiuntur existentibus Canonice horis nocturnis, pariterque diurnis, praefans Romanus Pontifex eis, qui hujusmodi horis in hac solemnitate personaliter in Ecclesiis interessent, stipendia spiritualia Apostolica largitione concessit: quatenus per hac fideles ad tanti festi celebratam avidius & copiosius convenirent. Clement. unic. de relig. & venerat. SS. Catechis. Daurontii supra Tom. 3. cap. 5.

¶ Quere plura infra. Indulgentiarum varietas Indulgentia divinitus concessa.

Quamquam sanctus Franciscus omnes Ecclesias semper, quoad vixit, summo opere dilexit, maximoque in honore habuit: praecipuo tamen studio, singulariter religione adiculam illam prope Assisium coluit, quae Ecclesia tum sanctae Mariae Angelorum, tum Portiunculae nominatur: idque multis de causis. Primum propter ejus incredibilem in beatissimam Mariam Dei pietatem, maximeque in sanctos Angelos observantiam; dein quod non solum ex aliis cognovisset, in eo scello sepe suavissimos Angelorum concentus audire, ex quo etiam agnomen accepisse paraturus; sed etiam ipsemet expertus esset, eorumque aspectu, colloquio, ac solatio potius esset. Postremo quod ea esset Ecclesia tam longè à Domino praeparata, in qua Ordinem suum inchoaret. Quam idcirco Ecclesiam Portiunculae appellari voluisset, quod esset futura mater & caput pusilli gregis Fratrum Minorum. Quamobrem mirum in modum cepiebat, ut ab omnibus in summa veneratione habere-

tur. Cum igitur nocte quadam oraret in habitaculo suo supra dicta Ecclesiae proximo, significatum est ei divinitus, in ipsa esse Dominum Jesum, ejusque sanctissimam Matrem cum ingenti multitudine Angelorum. Quo nuncio incredibili affectu letitia, confestim surrexit, & summa cum religione delubrum ingressus, cum primum ineffabilem illum Filium Dei in seipsum & gloriam apexit, ante conspectum ejus prostravit, eumque quam maxima potuit animi submissione ac pietate adoravit. Quem Dominus benignissimè appellans, admonuit, ut ab eo aliquod beneficium pro salute hominum peteret. At ille adjutus patrocinio Matris, cuius opem imploraverat, suppliciter petiit, ut omnibus Ecclesiam illam introeuntibus concederet veniam & Indulgentiam omnium peccatorum suorum, quorum confessionem Sacerdoti fecissent. Respondit Dominus, id sibi placere, praecipitque illi, ut ejus Vicarium adiret, & ab eo suo nomine Indulgentiam illam postularer. Mane igitur beatus Franciscus, comite Fratre Maffeo, profectus est Perusiam, ubi tunc erat summus Pontifex Honorius III. ad quem ingressus mandatum exposuit, rogans, ut quod praebat Christo, cuius ipse in terris locum ac personam renebat, id ipsi non displiceret. Pontifici primo parum honesta vita res est, quae petebatur; tum quod ea omnino libera, hoc est, sine oblationibus; tum quod maxima, eademque absoluta ac perpetua petebatur. Dicebat enim opus esse, ut is qui seclerum suorum condonationem assequi vellet, eam aliqua ex parte mereretur: negabatque Romanam Curiam hujusmodi Indulgentiam concedere solere. Cardinales etiam, qui aderant, illius concessioni adversabantur: fore enim dicebant, ut Indulgentia Terrae sanctae, & sanctorum Petri & Pauli negligerentur. Tandem intelligens Pontifex divinam voluntatem, concessit eam B. Francisco plenariam quidem, & liberam ac perpetuam, sed unius duntaxat diei naturalis cuiusque anni, hoc est, à vespere Calendarum Augusti usque ad vespere sequentis diei, qui est anniversarius dies consecrationis supra dictae Ecclesiae. Et cum ei diploma dare vellet, ille sibi satis esse dixit verbum ipsius: Dominum enim opus suum pro seipsum divulgaturum ac magnificaturum. Quod quidem mirabiliter evenisse cernimus. Ex Chronic. Fr. Minorum Daurontius in Catechis. historiali sup.

Celebris hujus & eximia Indulgentiae supra dictae toto penè orbe Christiano diffusa fama, ingens hominum multitudo undique excita confluebat ad D. MARIE PORTIUNCULAE dedicationis festum diem. In eorum igitur numero, centum viginti circiter è Slavoniae partibus festi pie colendi, ac Jubilati obtinendi causa, mari se commiserant. Qui cum ad Anconae portum navibus appulissent, & sacras ades in ea urbe celebres religiose vissent, in religiosorum virorum cenobium quoddam incidere, ubi aditus cum ei pretiosiorum sacrarumque reliquiarum copiam ostendisset, ex eis quaesivit, quoniam peregrinationis ergo proficiscerentur? Hi, ad D. Mariae de Angelis, responderunt, cuius solemnitas appeteret dies. Hic editus; O miseri, & infelices, inquit, magna isthac vestra stoliditas, tot vos tantique obicere laboribus atque periculis nullo vestro emolumento. Indulgentia enim, quae ibi fertur, nulla est; nam ne unius quidem è Pontificibus concessionis illius Bulla appareat. Non ego vestram suggillo protectionem pietatis ac venerationis causa susceperam ad sacram aeternam D. Virginis; hoc tantum dico, si ad Indulgentias attenditis, irritam illam esse ac vanam. Si mihi fidem adhibueritis, itineris compendium multum feceritis. Hec enim Ecclesia multis indulgentiis ditata est, longèque majoribus, quam ea sint, quae quaeritis. His lucrands attendite, & tam remota ve laboribus superedete. Ad fidem verò eorum, quae dictabat, astruendam, multas illis bullas, & privilegia à summis Pontificibus isti Ecclesiae impertita exhibuit. His stimulis ita percussis sunt peregrinationis animi, ut ulterius non progredi planè decreverint. Itaque pietatem omnem Indulgentiis hujus Ecclesiae consequendis impendunt, mox iter reflexuri. In eis verò femina quaedam religiosissima erat, quae ceteris in suscepto itinere constantia praelucebat. Quid, inquit, domini mei? miror vos unius fenerationis & opinionis tam facile à caepo desistere: vultine sic laborum premium; quos in tanto itinere subistis, prorsus deperdere? Ego quidem erubescerem, & puderet me. Exite, si vobis ita videatur; mihi certè fixum est in proposito perstare, etiam si nulla ibi esset Indulgentia; quicquid sit, visitabo sacram B. Mariae de Angelis aeternam ac votum meum complebo: speroque B. Virginis gratum fore. Quare iter perficiam cui me dedi. Sola itaque discedit. Verum, ne sola peregrinaretur, Deus permittit eam à recta via aberrare, quod ei anxietatem magnam peperit: ignorabat enim, quomodo ad amissam

A lam semitam redire possit. Itaque et sic anxie augustinus quidam senex veneranda canitie, religiose veste amictus adest, & ait: Ne times filia; tibi enim sancte denuncio, rutam te pro salute anime tue invenisse vitam, amissisque locos illic adfuturos: a tuo enim ab ipsis recessu sententiam mutavit. Ipsa ergo retro aspiciens, eos ingenti animi gaudio persua advenientes animam vertit. Omnibus in unum collectis senex dixit, optime factum esse, quod iter inceptum profecti fuissent: veras enim ibi esse Indulgentias, seque eas confirmanti Pontifici Honorio testem adluisse oculatum; scire insuper eas ipsius Dei ore concessas: ea propter alacres fidentisque pergerent. Eos demum cohortatus, ne in posterum in hoc fidei defectu delinquerent, disparuit, & magna animi letitia persuos reliquit. Ut Assisium pervenerunt, rem gestam cunctis exposuerunt. Ipsi vero Indulgentias consecuti, laeti, Deoque gratias agentes domum revererunt. Contigit autem, dictam seminam solam remansisse morbo dissentiam, quo etiam naturae debitum exsolvit. Demortua comitibus suis jam mare navigantibus videndam fe praebuit: Nihil, inquiens, metuite, ego enim illa sum vestra itinere comes, quae Assisi defuncta sum. A. B. Virgine ad vos mitto, ut de Indulgentia illa plenaria, qua nunc fruor, certiores sitis. Quod cum dixisset, ex oculis eorum evanuit. Multi ex iis peregrinis, qui feminam illam in navi conspexerant, postmodum sapienter illud Indulgentiarum gratia ferventiores repererunt, quae sibi accidissent enarrantes, imo & foete sibi factam apparitionem. Sicque nulla licet Bullae forma appareret, quae B. Franciscus id neglexerat, variarum nihilominus nationum populi iter hoc sanctum non omiserunt, nisi vel bello, vel peste, & tanto bono prohiberentur. Deus enim, qui illas concessit, quique fe gratiam illam profecturum promissit, instigat animas ad querendam ibi salutem. Quod etiam pluribus aliis revelatum est. *Idem. Ibid.*

Indulgentia quibus concedenda, earumque fructus. Indulgentia profertur vivis, & defunctis.

Viventibus in hac vita mortali Indulgentia profertur per modum abolitionis iudicariae: defunctis vero, hoc est animabus in Purgatorio existentibus, per modum suffragii, ut loquuntur Pontifices. Non enim qui defuncto impetrat indulgentiam, cum abolvit; sed offert Deo ex thesauro meritorum, & satisfactorum, quantum ad eum liberandum ab ulteriori poenae debito est necessarium. Et acceptat Deus quod ita offertur, iuxta promissionem a Christo factam, *Matth. cap. 16. & 18.* Vide *Cajet. de Indulgentiis Tract. 6. q. 6. & infra, titulum de Purgatorio*; ubi pluribus exemplis docetur, Animas defunctorum a viventibus juvari, ut qui nobis adhuc conjunguntur eodem fidei & charitatis vinculo, sic ut unum adhuc corpus, & unam nobiscum Ecclesiam constituent.

Ufus autem in Catholica Ecclesia obtinuit, ut pro defunctis Indulgentia concedantur.

Sylvester Papa, qui ante annos M. CC. Ecclesiae praefuit, Romae in sacello sanctae Crucis in Hierusalem, legitur ad petitionem sanctae Helenae sacellum illud consecrasset, & multis sanctorum reliquiis ornasse, multiplicemque peccatorum veniam visitantibus indulsisse. Constat quoque ex antiquissimis monumentis, in sacello S. Mariae Liberatricis apud Capitolium altare esse privilegium ex concessione ejusdem Pontificis, & omnibus in eo celebrantibus ab eo concessum, ut unam animam a purgatorio liberare possint. *Greg. de Valentia Commentar. tom. 4. dist. 7. q. 20. de Indulgentiis puncto 2.*

Pascalus I. Pontifex Maximus, qui sedit ante annos septingentos, celebrantibus quinque Missas in templo S. Praxedis Romae in sacello, quod dicitur ad Columnam, in qua Christus fuit flagellatus, concessit liberationem unius anime a purgatorio. Ipsemet Pontifex ibidem pro anima sui nepotis quidam Missas celebravit. Quibus fuit, visibiliter vidit eam in paradisi deferri a B. Virgine. Quam Indulgentiam sequentes undecim Pontifices confirmaverunt, quemadmodum antiquissima monumenta, quae in templo S. Praxedis habentur, testantur. *Gab. Biel. l. 57. in Canon. Miss. & habetur Romae in Cod. manuscript. in templo S. Praxedis.*

Innocentius VIII. confirmavit Indulgentiam olim per Pium II. & Sixtum, qui Innocentium praecederat, concessas, omnibus visitantibus Ecclesiam Xaticensem, & fabricae ejusdem contribuentibus; ad redimendas animas in Purgatorio existentes, per modum suffragii, extensas. *Gab. Biel. sup.*

Callixtus Pontifex similes Indulgentias dedit Ecclesiae Tyrat-

senfi in Hispania: & similiter eorum valorem ad animas in E Purgatorio extendit. *Idem. Ibid.*

Eiam summi Pontifices elargiti sunt Indulgentias plenarias pro animabus in Purgatorio liberationem expectantibus, visitantibus Ecclesiam S. Laurentii extra muros Urbis. Idque in hunc modum. Quicumque singulis quatuor feriis totius anni, dictam Ecclesiam devotè visitaverit, pro anima patris aut alicuius existentis in Purgatorio, dicti summi Pontifices dant Indulgentiam plenariam anime per modum suffragii, pro qua Ecclesia ipsa modo praedicta est visitata. *Idem. Ibidem.*

Exempla posteriorum Pontificum, sine numero, obvia sunt, & usui quotidiano probantur.

Ut profertur defunctis Indulgentia, requisita.

I. Uthon concedantur praeterquam a Pontifice, ut qui summam auctoritatem habeat dispensandi Ecclesiae thesaurum. II. ut habeat causam iustam ad faciendam: quam existimet pertinere ad honorem Dei magis, quam exercitio iustitiae suae. III. ut opus in iunctum impleatur ab eo, qui Indulgentias illas suscipit pro anima defuncti. *Vide S. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. q. 2.*

Indulgentiarum valor.

Domina quaedam de Sveta, cum longo tempore Romae infirmaretur, dixit quasi subridendo, sponta audiente: Fama, inquit, est, quod in hoc loco est absolutio a culpa, & a poena; sed Deo nihil est impossibile, poenam enim exterior ego. Tunc subsequente mane sponsa audivit in spiritu vocem dicentem sibi Filia, haec mulier grata est mihi, & quia devotè vixerat in fe, & quia filias suas nutritivè mihi; sed adhuc tantam contritionem non habuit in poenis, quantum delectationem habuit, & habuisset in peccatis, nisi charitate mea refrenata fuisset. Ergo quia ego Deus unicusque providore in sanitate, & in infirmitate, sicut unicuique expedire video; ideo nec in minimis verbis ab Indulgentia irritari vel iudicari debeo, sed ubique timere & venerari. Dic etiam ei, quod Indulgentia Ecclesiarum urbis Romae majores sunt apud Deum, quam sonant, quia hi qui perfectio peccatorum habebunt, fed etiam gloriam aeternam. Nam homo etiam si milles se occideret pro Deo, non esset condignus ad minimam gloriam, quae datur sanctis: Et licet homo non sufficiat vivere ad tot millia annorum; tamen quia pro infinitis peccatis infinita debentur supplicia, quae homini impossibile est satisficere & implere in hac vita; ideo propter Indulgentias relaxantur multa, & gravissima poena & longissima commutatur in minimam. Et hi qui habitis Indulgentiis cum charitate perfecta, & contritione vera decedunt de hoc mundo, solvuntur non solum a peccatis, sed etiam a poenis, quia ego Deus non solum dabo sanctis & electis meis quae petunt, sed & duplicabo, & centuplicabo propter charitatem: ideo moneas istam infirmam ad patientiam & stabilitatem, quia ego factam ei quod utilis sibi est ad salutem. Hujus domine animam vidit sancta Brigitta ascendentem sicut igneam, cui occurrerunt plures Aethiopes, a quorum conspectu anima quasi perterrita facta est, & quasi tremula, & statim videbatur quasi Virgo pulcherrima venire ei in auxilium, quae dixit Aethiopibus: Quid vobis cum anima ista, quae est de familia novae sponsae filii mei? Et statim Aethiopes fugientes, sequebantur a longe: cumque anima venisset ad iudicem, dixit Judex: Quis respondet pro anima ista, & quis est advocatus ejus? Et statim videbatur B. Jacobus adesse, dicens: Ego, Domine, teneor respondere pro ea; nam bis in magnis laboribus fugit ad memoriam meam: O Domine, miserere ei, quia voluit, & non potuit. Cui Judex: Quid est, quod voluit, & non potuit? Cui Jacobus: Voluit, inquit, scire tibi toto corde; sed non valuit, quia infirmam retenta infirmabatur. Tunc Judex ait ad animam: Vade, quia fides tua & voluntas salvabit te. Et statim anima egressa est a conspectu Judicis exultans, & quasi stella splendens, omnibus attendantibus dicens: Benedictus sis tu Deus, qui es, & eras, & eris; qui non amoves misericordiam tuam sperantibus in te. *Ex Revel. S. Brigittae lib. 6. c. 102.*

Exemplum Paschalis I. Quare praecedens Titulo.

Indulgentia us rite concedantur, duo necessaria. Auctoritas in Concedente.

Ea summa & prima refidet in Pontifice, D. Petri successore. Ut cui dictum est a Domino. *Quodcumque solveris, &c.* In eoq; plenitudinem

DE JUBILAE.

A tudinem potestatis agnoscit, jus Canonice. *cap. Cum ex eo, de poenit. & remiss.* & superioribus exemplis asseritur, summos Pontifices plenarias Indulgentias frequenter concessisse, & hodie, dum necessitas exigit, concedere.

Episcopi vero in sua Diocesi Indulgentias etiam concedunt, sed limitatas, nempe in die Dedicationis Ecclesiae, unius anni: Aliis diebus & occasionibus, quadraginta dierum Indulgentiam impartendi facultatem habent. Constat *ex cap. Cum ex eo, & c. nostris, de poenit. & remiss.*

Legatus Apostolicus, etiam virtute fidei commissionis, potest elargiri Indulgentias omni loco, ad quem fe extendunt legationis officia.

Summum Penitentiarium posse concedere C. dies Indulgentiae: Item de consuetudine Cardinalis, tradit *Petr. Paul. in 4. dist. 20. q. 4. art. 4. Navar. de Jubileo notab. 31. num. 17.*

Concilium Generale, seculo Pontifice, non habet potestatem conferendi Indulgentias, saltem plenarias: quamvis & de aliis idem probabiliter teneatur.

Sacerdotes Episcopis inferiores, non nisi ex commissione B Pontificis Indulgentias conferre possunt.

Causa iusta.

Hae requiruntur, ut Indulgentia sit rata, quantum ad expiandum coram Deo poenae reatum, sive in hac, sive in altera vita. Ita expressis verbis asserunt *Clemens VI. in Extrav. Pnigenius.*

Et in fine Concilii Constantiensis in Constitut. Martini V. interrogari jubentur suspecti de fide, an credant, summum Pontificem posse de causis Indulgentias concedere.

Ad iustam autem causam requiruntur finis Deo gratus, & opus per quod is obtineri verisimiliter possit, tanquam per medium aptum & utile. Non tamen semper haec duo necessaria conjunctum, sed unum illorum, scilicet finis bonus, nonnunquam sufficit. Ut probant exempla superiora ex *Cypriano adducta, tit. de usu Indulg.*

VI Indulgentia proposita, requiruntur in suscipiente Dispositio, &c.

Nempe ut sit in statu gratiae, nulliusque mortalis culpa sit conficius, quando Indulgentiam percipit ut munus. Quamvis tutius sit, ut opus in iunctum, quod etiam in suscipiente extinguitur, in eodem statu adimpleat. Hinc S. Cyprianus hortabatur carcere detentos fideles, ne poenitentiam facile commendarent Episcopis, ad obtinendam ab iis Indulgentiam, nisi vere poenitentes eos scirent, & supra *Epist. 21. &c.*

Indulgentiarum Varietas.

Solent Indulgentiae quinque modis concedi. Interdum aliquot dies, vel anni, quod admodum erat usitatum veteribus Pontificibus & Episcopis, qui pauciores erant in hac largitione.

Sergitus II. trium tantum annorum Indulgentiam, & totidem quadragenarium concessit visitantibus Ecclesiam S. Martini in Montibus, ubi supra diximus.

Pascalus II. tantum triginta dierum remissionem indulsit.

Innocentius III. *cap. Cum ex eo, de poenit. & remiss.* dicit, Apostolicam Sedem solitam ordinari non extendere Indulgentias ultra condonationem Poenitentiae unius anni, vel XL dierum.

Nicolaus IV. variis Indulgentiis, quas concessit Ecclesiae S. Praxedis, quae legitur in introitu Capellae S. Zenonis, nunquam excedit annum, vel dies XL.

S. Sanctus etiam Thomas Aquinas dicit, quod venientibus ad limina Apostolorum ex regionibus Ultramarinis, dari solet Indulgentia quinque annorum.

Ex regionibus autem Ultra-montanis, trium: Ex aliis, unius anni dumtaxat.

Ceterum Indulgentia tot dierum vel annorum, significat remissionem poenitentiae, quae petenda fuisset tot diebus, vel annis, secundum Ecclesiae ritum: Multa enim poenitentibus solere imponi, constat *ex Tertul. Barbardo, & aliis.*

Interdum dantur aliquot quadragenae: & indicant remissionem poenitentiae quae XL diebus operibus poenitibus petenda erat; Ita *Barbar. lib. 19.*

Solet etiam nonnunquam remitti per Indulgentiam pars aliqua peccatorum, hoc est ea poenitentia, quae pro tanta parte poenae peccatis debita expianda foret necessaria.

Indulgentia plenaria totum poenae reatum, qui culpa dimissa remanet, tollit. Neque distinctio illa in te ipsa cogitata est, sive dicas Indulgentiam pleniorum, & plenissimam, sive plenariam. *Leges Navar. Tractatu de Jubileo notab. 9. & 31. Antonium Cordob. q. 32. de Indulgentiis.*

L. B. T. beatr. vite Human. Tom. IV.

Jubilaeus, ut dicemus suo loco, annum significat remissionis, qui erat apud Hebraeos quinquagesimus, ut constat *Levitico. 25. & 27. & Numer. c. ult.* quo omnes labores agriculturae remittebantur, vivebatque populus fragibus quas largitur Dominus anno praecedente suppeditaverat, agri & domus restituebantur dominis prioribus, servi autem liberati reddebantur.

CLEMENS VI. annum quinquagesimum Jubilai nomine appellari iussit, cum antea non nisi anno centesimo, maxime Indulgentiae visitantibus limina Apostolorum darentur. Hinc & Jubilai nomen ad omnes Indulgentias derivatum postmodum fuit, quae ex certa & gravi causa in amplissima forma conceduntur.

Petantur pleraque ex loco proprio de Jubileo.

Qui Indulgentias oppugnant, & propugnant?

Primi qui adversis Indulgentias linguam & calumiam acuerunt, fuerunt Vvaldeses, a Vvaldesio Cive Lugdunenfi ita appellati, unde & pauperes de Lugduno dicti, circa annum Domini M. C. LXX. quando jam undecim saeculis earundem usus in Ecclesia observatus fuerat. Dicebant autem Vvaldeses, Indulgentias nihil valere. *Joan. a Turrecremata lib. 4. summa, part. 2. cap. 35.*

Vvaldeses secutus Joannes Wicklef, assererat, fatuum esse credere Indulgentiis Pontificum. Damnatu hic error, in *Conc. Constantien. sess. 8.*

Hanc secuti sunt Hussitae, ut refert *Joan. Coclaus in histor. Hussitar.*

Martinus Lutherus ab impuro hoc erroris fonte, Indulgentiarum videlicet reprehensione, sectae suae originem & propagationem produxit. Ut constat ex initio *lib. de Captivitate Babilonica.*

Sed omnium copiosissime Indulgentias oppugnavit Joannes Calvinus *lib. 2. Institut. c. 5. & Martinus Kemnitius 4. p. Examinis Concilii Tridentini.* Quorum tamen omnium iacula, eruditè contudit *Robert. Card. Bellarm. lib. 1. de Indulg. cap. 1.*

Qui Indulgentias scriptis propugnant?

Guilielmus Altrifidorensis, lib. 4. summa Theol. tract. 6. c. 9. & Alexander Aletius, in summa p. 4. q. 23.

Albertus Magnus: S. Bonaventura: D. Thom. Aquinas, in 4. sent. dist. 19. 20. 45.

Joan. de Turrecremata, comment. ad Decret. Gratiani de Poenit. dist. 1. Can. Quis vidit. §. Item in Levitico.

Felinus Tractatu de Indulgentiis.

S. Antoninus, in summa part. 1. tit. 10. cap. 3.

Et hi quidem ante exortam Lutheri haerem. Post quem, plures circa hoc argumentum desudarunt, quos citat *Cardin. Bellarminus supra.* Ac nominatim *Sylvester Prieras, Joann. Eckius, Adrianus Papa VI. Thomas Cajetanus, Joannes Episcopus Rossensis, Dominicus a Soto, Jacobus Latomus, Michael Medina, Martinus Navarrus, & quamplures alii.*

* Infamia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Infamia, Graece *Avonquia, & Avonquia*, infamis dicitur. Est autem infamia, laetè dignitatis qualitas reprobatam, quantum ad vitam & mores, per argumentum a contratio sensu. Sicut fama est illatae dignitatis status, & vita & moribus comprobatus, & nullo diminutus. Eandem infamiam Apulejus infamiationem vocat.

MALITIA, ET VIS.

Pater hominum immortalis est infamia. Etiam sum visis, cum esse credas mortuam.

Ait Plautus.

Quamquam res nostra sunt, pater, paupercule: Modice, & modeste melius est vitam vivere. Nam si ad paupertatem admigras infamia, Gravior paupertas sit, fides subiektor. Idem.

Et Horat. 1. serm. 7.

Avidos vicinum sumus ut agros Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit: Sic teneros animos aliena opprobria saepe Absberrent vitium.

APOPTHEGMATA.

PERICLES Arifthoni volenti publico praeconio quaeri Alci-biadem